

1509. & 20. Julij

491

Andreas Krzicki, Petro Tomicio.

Venerabilis domine avuncule mi honoran-
dissime. Ostendit mihi dominus Officialis 115
litteras dominationis vestrae, quibus se ca-
nonicatum suum Wladislaviensem pro pace
sua, quando aliter fieri non posset, datu-
ram pollicetur. Haec verba certe plus quam
moderna amicitiae solent, benevolentiae prae-
ferunt. Retuli ea mox reverendissimo domino,
qui nequaquam vult ut dominatio vestra
istud faciat. Nam etiam pro pacifico isto
archidiaconatu satis id esset, siquidem domi-
nus olim Kotwicz sepe à me canonicatum
meum pro ipso petiit, nunquam accipere vo-
lui. Scribunt ex urbe domino, ius domini
Gorski in portu navigare, itaque dominus
constituit lite agere, postquam precibus ni-
hil impetrare potuit, multumque lamenta-
tus de domino Pieczichowski, quod nullo iu-
re habito tam sit difficilis. Si dominatio ves-
tra audiret, non posset non videre plurimum.
Forte iam regia maiestas contra hostem egres-
sa est, utinam bonis avibus, ut cum ani-
plurimum spoliis et triumphis redire possit.
Commendo me dominationi vestrae plur-
imum. De unguento ago gratias, optimam
mihi operam navavit. Ex Posnania die 20.
Julij, anno Domini 1509.

Christus dicitur dicitur dicitur

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a cursive script and is mostly obscured by the texture of the paper and the binding.